











Gospel for the Feast of St. Andrew the Apostle

Tonus antíquior

D  Ominus vobíscum. R̄. Et cum spí-ritu tu-o. V̄. Sequénti-a Sancti
 Evangé-li-i secúndum Matthæ-um. R̄. Glóri-a tibi Dómine.

I  -n illo témpore: Ambulans Jesus juxta mare Ga-lilæ-æ, vidit du-os
 fratres, Simónem, qui vocátur Petrus, et André-am fratrem ejus, mitténtes
 rete in mare (erant enim piscatóres), et a-it illis: Vení-te post me, et
 fáci-am vos fí-eri piscatóres hóminum. At illi contínu-o, re-líctis ré-tibus,
 secúti sunt e-um. Et procédens inde, vidit á-li-os du-os fratres, Jacóbum
 Zebedæ-i, et Jo-ánnem fratrem ejus in navi cum Zebedæ-o patre e-órum,
 re-fi-ci-éntes ré-ti-a su-a: et vocávit e-os. Illi autem sta-tim, re-líctis



ré-tibus et patre, secúti sunt e-um.